Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26393
Copyright: Admont, Benediktinerstift

uelle plantaciones a iuuentute sua. Filie
eorum composite circumornate ut similitu
do templi. Promptuaria eorum plena eructan
tia ex hoc in illud. Oues eorum fetose abun
dantes in egressibus suis. boues eorum crasse.
Non est ruina maceriae neque transitus neque
clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt
populum cui hec sunt beatus populus cuius dominus
deus eius. ALTA.
Exaltabo te deus meus rex et benedicam
nomini tuo in seculum et in seculum seculi. 3
Per singulos dies benedicam tibi et laudabo
nomen tuum in seculum et in seculum seculi. Magnus
dominus et laudabilis nimis et magnitudinis ei
non est finis. Generatio et generatio lauda
bit opera tua et potentiam tuam pnuntiabunt.
Magnificentiam gloriae sanctitatis tuae loquentur et
mirabilia tua narrabunt. Et uirtutem
terribilium tuorum dicent et magnitudinem
tuam narrabunt. Memoriam abundantie
suauitatis tuae eructabunt et iustitia tua